

I. N. I.
DISPUTATIO INAUGURALIS MEDICA,
De
**CATARACTÆ NOVA
PATHOLOGIA,**
Bon dem weisen oder grauen Stahr.

Quare
DEO BENEVOLENTE,

RECTORE HUJUS UNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO,
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,
DOMINO

PHILIPPO WILHELMO,
S.R.I. COMITE de BOINEBURG,
SACRA CÆSAREÆ MAJESTATIS CONSILIARIO INTIMO &
CAMERARIO, nec non METROPOLITANARUM ECCLE-
SIARUM MOGUNTINÆ & TREVENSIS CA-
NONICO CAPITULARI SENIORE,
EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CON-
SILIARIO INTIMO, ac CIVITATIS TERRITORII que
ERFURTENSIS PRO-PRINCIPÆ &c. &c.
DOMINO NOSTRO GRATIOSISSIMO,
JUSSU FACULTATIS MEDICÆ AMPLISSIMÆ,

Sub P R A E S I D I O

D. LUDOVICI FRIDERICI JACOBI,

Architatri Electoris Moguntini, Professoris Chym: Aestumatis-
simi & Facult: Medicæ Assessoris Ordinarij

Gravissimi, &c.

DN. PATRONI & PROMOTORIS sui omni obseruantie
cultu prosequendi,

PRO LICENTIA

Summos in ARTE MEDICA HONORES JURA &
PRIVILEGIA legitiimè capessendi,

Publicè Eruditorum Disquisitione proponit

JOHANNES HEINRICUS MEINELIUS, Baruthò Francus,
Ad diem 13. Octobr. horis 8 loco confitit
ANNO M. D. CC. LIX.

ERFFORDIÆ, Typis Groschianis, Acad. Typegr.

Proemium.

propositum, ac
supercedunt temp
spernitam
corporis membris ab
e popedit, namen
ta habet, audius oratio
est, uox Divini
omnipotens nefit, quam
exaudi, ut etiam in
cognitione illo carere
neque maxime mirat
ad admirationem.
In dulcissimis, ut nefit
in NATURAM MA
nus, Con & Egitis
DEI incutitibus uiginti
in ualibus microcosma
dignitate. Et uita So
cius mundanus coll
omodo accipit, O
mnia ualera animo re
sponsum formam,
quod nulli ali sensi
debet dicitur fene
A 2



Proœmium.

Culorum, si evolvimus, fabricam miraculo plenam deprehendimus: nempe talem, que Conditoris Supremi sapientiam & jubar pre reliquis corporis membris abunde ostendit, ut etiam sece nullum suppeditet nomen: quo hi exprimitate possint. Lingua hæret, nullus orator, mechanicus artifex assequi satis valet, nisim Divini Numinis Sapientia acquiescat. Quis enim nescit, quam necessarius ab bene esse hominis sani oculus sit, ut etiam in rite obeundis actionibus quam plurimis homo illo carere haud posset: Et siuti visus in actione sua maxime mirabilis, ita & organon ipsius superat omnem admirationem. Tot enim partibus, tanta industria instruimus, ut nesciamus, an non cum Plotino & Synesio NATURAM MAGNAM appellare hoc organon cogamus. Cum & Egytii, oculum ut Solem adoraverunt, & DEI invisibilis visibilem filium appellarerunt; Nam duo oculi microcosmi Lunina & veluti fulgentia sidera dignitate & ipsi Soli non cedunt, si Sol radiis suis universum mundum collustringat, nihil inde voluptatis, nihil commodi accipit. Oculi autem, dum omnium visibilium simulacra animo representant, cum his oblectantur, objectorum formam, magnitudinem distantiam percipiunt, quod nulli alii sensorio vere concessum est: Hinc ab Orphæo dicti suæ fenestrae animi, (nam

oculis sunt animi, indices ut: *vultus est animi imago*): in
in oculis animum habere, dicendum erit, & per oculos
veluti per fenestras ad animum usque penetratur, ut
quidam preclare dixerit; Illos animae speculum esse. Mi-
rantur enim oculi, adamant, concupiscunt, amoris, ire,
furoris, misericordie, ultionis, sunt indices. In audacia
profundunt, in Reverentia subdident, in Amore blandiun-
tur, in odio effterantur, gaudente animo hilares subdident,
eodem marente languescunt, animo, ira flagrante, ex-
asperantur, in cogitatione & cura conquiscent, quasi cum
mente simul intenti; Unde ex vario & multiformi con-
tuitu nuncupantur torvi, truces, flagrantes, graves,
transversi, limi, blandi: si quidem animi affectus ita ex-
primunt, ut quasi alter animus esse & animum ipsum attin-
gere videantur: Hinc Authores a januâ vix aberrasse, ar-
bitramur, qui animam in oculis locarunt, oculum vocan-
tes organon lucidum, solarem animalis particulam, divi-
num membrum, cuius gratia & cerebrum fuerit ex-
structum: sed quid dicimus cerebrum! Totius hominis
gratia adiunt, ut hujus status tam naturalis quam præ-
ter naturalis inde cognoscatur; Nam secundum Hippocra-
tem ut valent oculi ita & totus Homo, & secundum ver-
sum vulgarem: *Est oculus testis, quales intrinsecus estis.*
Hinc non mirum, quod & in foro medico ex ipsis oculis
varia deponuntur signa tam Diagnostica de statu homi-
nis presentis tam naturali, quam præter naturali, quam
Prognostica; Medicus enim ex affectu oculorum sepiissime
optimam Prognosim instituere agrique convalecentiam
aut ipsam mortem predicere valet, quo ipso subisse apud
egrotos & adstantes laudem & gloriam conciliare potest.
Et sicuti hoc Organon aliis senioris dignitate non cedit,
ita & hujus non insimus est usus nempe visus, qui
inter

§. I.

Nec secundum Socratem
nisi, sic initium &
in Cataracte naturam
in modum indagatur
ad accutiora re-
men tenuientia, prælibare,
qui in conscribendis Di-
vinitate, & plura morborum
etiquam sapere solent, L
tamen sensu vel plane non
potest explicanda, sive i-
nterrogatum, inter qua-
estimanda.

§. II.

Aliisque Cataracte est
quod significat, impo-
ne, i.e. cum
obscolorum cum imper-

inter alios sensus omnium philosophantium iudicio facile
principiatione tenet. Quo autem nobilior præ aliis tam oculi
quam visus de predictur usus, eo minus uterque labe varia
immunis est, siquidem diversimode pluribus afficitur
morbis, quorum non minimus erit affectus Cataracta diætus,
quam pro renata per traçandam & considerandam ad
manus sumimus. Fiat autem hoc in Dissertatione hacce
Inaugurali; ubi præprimit id nobis agendum esse arbitra-
mur, demonstrare, ex qua causa hec sit orta, & status
mori diversè obvius digneoscatur indeque curandi metho-
dus subiungatur. Interim DEUM Ter Optimum Maxi-
mum supplices nos præcamur, tales nostros conatus sua
immensa bonitate velit benedicere.

s. I.

 Um secundum Socratem nominis confide-
ratio, sit initium doctrina: Hinc
& nos Cataractæ naturam & hujus curan-
di methodum indagatur, non inutile fore,
arbitramur, pauca, ad accuratio rem hujus nominis
contemplationem facientia, prælibare; dum hoc usque in
Foro Medico talis in conscribendis Dissertationibus ob-
servatus fuit ordo, & plurima morborum nomina, quæ
Græcorum profapiam sapere solent, Latini Medici reti-
nuere, sive idiomate suo, vel plane non vel difficulter &
non nisi per ambages explicanda, sive in sapientia græcæ
perpetuum monumentum, inter quæ etiam cataractæ
nomenclatura referenda.

s. II.

Appellatio itaque Cataractæ est deducta à verbo
Græco καταράτειν, quod significat, impetuose perturbare,
aut secundum alios καταράσσειν i. e. cum strepitu decidere,
quasi hic affectu socalorum cum impetu quodam accidat,

ac perturbatus humor oculi aqueus ab alio deciduo liquo-
re ad sit, quæ denominatio. ab Antiquis desumpta videtur à
quadam Analogia nonnullarum rerum & nostri affectus,
quæ ab alto cum impetu ruunt, prætritus ab avibus de-
prædaticibus, ab alto imprædam ruentibns: Aut fluviis
à cacumine montium cum insigni aquarum strepitu pre-
cipitantibus: Aut nubibus largos nimbos cum impetu pro-
fundentibus, quæ respariter tali Cataractæ nomine insigni-
tæ prostant: Quæ ratio esse videtur, quod noster affectus.
Antiquis luc usque suffusio sit dictus: Num autem ita
vocari debeat, patebit inferius. Melius autem Cataractæ
nomen hanc analogiam, si quæ locum habeat, admittit
cum foribus pendulis, occludentibus portas, & hostium
introitum prohibentibus: Aut obice, ad colligendas &
remorandas aquas, postmodum cum majori vi deciduas;
id quod in Aggeribus fluviorum videre est, id est, impe-
dimento modis faciente & divertente aquarum cursum; si
quidem pariter aliquod impedimentum in nostro affectu
sentitur, propter quod radix visivi aditum non habent, &
pupilla occluditur pellicula quadam, quo minus visus fieri
possit, & hanc ob causam Cataractæ nomen à veteribus
obtinuit. Sufficiat nobis, modo nostri affectus nomen-
clatura penes Medicos sit usu recepta, & per Cataractam
is sit explicatus, penes quos ut plurimum verba valent
ut nummi.

§. III.

Præter hæc alia etiam hujus affectus usitata Synoni-
ma hic tangere, integrum nobis esset: Cum autem hæc
saltim graduelæ habeant differentiam, aut plane locum
nullum penes accūratiōes, hunc penitantes, inveniant,
studio cum differentiis hujus omittimus atque propera-
mus ad nostri affectus Definitionem. Est autem Cataracta
visus plus minus impeditus à tunica sive pellicula intra
spatium

§. V.

spatium oculorum cornae & humoris aquae tenuissimum
per Spiritum oculorum insitum in actu assimilationis, hu-
moris nutritij eodem delati, errantem, plus minus opaca
& firma redditia atque pronata, in initio cum comitan-
tibus simulacris muscularum, filamentorum & in progressa
telarum aranearum varii oriundus.

§. IV.

Priusquam autem traditam Definitionem ventile-
mus, è re esse, confidimus, nonnulla prius degustare
de visu naturali: in quo rimando ob multorum Autho-
rum dissensum non minimā occurrit difficultas: præpri-
mis eufu ad hoc nondum sit evictum, num visus sola
specieum opticarum in spiritu luminoso harentium fiat
receptione: vel an spiritus nostri visivi emissione in ob-
jecta hic peragatur, nam hucusque plurimi videndi actum
in sola idearum opticarum receptione consistere opinan-
tur, huiusque eodem modo fieri ac in camera obscura, tan-
tem ut anima de his ideis delatis in cerebro ferat judi-
cium; an autem ab artificiali receptione ad naturalem
vitalemque illa illatio valeat, inferius id evidenter de-
monstrandum. Alij vero sela radiorum visivorum ex
oculis emissione, illustrante objecta, hunc actum viden-
ti admittantur cum autem de nocte in tenebris visus non
observeretur, etiam si apertis oculis objecta aspiciantur,
etiam cum intentione ad videndum summa: neque à no-
stro spirito illustrata tunc temporis siant objecta, ut in-
sensu venire possint: merito nos media incedere via
jubet ratio, atque hunc actum videndi immanenter trans-
euntem statuere cogimur.

§. V.

Dicimus igitur, visum esse actum immanenter
transeuntem, in quo nullo spatio interveniente agens
& patiens sunt conjuncta: nam etsi agens semper sit in
nostris.

nostris oculis , tamen, si non patiens , nec conjunctio
adesse potest, nihilominus talis actus erit immanens, nec
sola tantum receptione fieri potest: nam opticum sensile
in sua figura , certa distantia & dimensione influere haud
potest in oculum parvum¹, figura brevi & exigua cir-
cumscriptum, nec magnum punctum in parvo spatio
secundum suam realem & veram dimensionem, quale
habent oculi , contineri & influere potest; insuper ob
spatium aliquod inseparabile ab ente impossibile est, hoc
in sua specifica dimensione posse representari in oculo,
nam quævis objecta visiva in suis locis videmus & actus
videndi non in nobis completur, non in cerebro sed ex-
tra nos: utpote si aliquid secundum sua accidentia debet
representari, illud manere cogitur in suo loco: spatia enim
affigunt accidentia subjectis & objectis; neque abstractive
actus videndi completri potest, quia qualitas abstracta non
potest in foro physico concipi & representari in oculo,
ergo nec receptione iste actus absolvitur, sed simul radij
visivi spiritus insiti nostri debent ipsi deferri in objecta.

§. VI.

Ex his itaque patet visum fieri per actum immanen-
ter transeuntem , i. e. non sola specierum opticarum re-
ceptione: verum & radiorum visivorum emissione in ob-
jecta , à quibus istæ idæ optice sunt elapsæ & talis actus
est spiritualis, qualis solemnis in nostro corpore subinde oc-
currat: nam spiritus noster in oculis certos in scopos influe-
re potest, cuius tamen actus remanere & immanere solet,
qui facile uberiorius probari potest appetitu , in quo spiri-
tus egreditur è capite in ipsum stomachum , cuius ta-
men actio immanens est in cerebro; Sic si dolet pes ,
actio doloris est in capite, transiens vero in pede; Eodem
modo actio immanens potest esse in oculo , transiens
in visum enoque hic manet, [propter] autem
enonc.

§. VII.

Actio optica sentitur in ce-
ntralioribus identitatibus
sensuum, & est talis
principium in nobis
specie sensibili per Sp-
iritus seu transiens: Nam
est in centrali copulam c-
onstitutus noster spiritus p-

autem in objecto ; nam spiritus noster oculorum visivus
habet identicam rationem quandam cum spiritu lumino-
so , siquidem non omne lumen videtur a nostro spiritu:
Lumen enim de nocte non videtur ob inconvenien-
tiā hujus luminis cum nostro spiritu visivo : vident ta-
men hoc alia animalia , quorum oculorum spiritus cum
tali identitatem habet: Imo nostro spiritui visivo vitioso
saltim sepe tale lumen in conspectum venisse , testan-
tur variae historiae , ubi etiam in intemperata nocte omnia
minutissima videri à quibusdam potuerunt , & hac est
ratio , cur in vitiosis oculis lumen diei , nonnunquam de
nocte lumen candela perterri non possit. Contingit autem
visus ita , species optica , qua est qualitas in lumine ha-
rens per opticos quoque humores & tunicas transiens
refracta , intensior redditia , tandem in tunica utea depicta
ibidem ob analogiam quandam cum spiritu nostro vi-
sivo intime conjunguntur , adeo ut spiritus hic cum lu-
mine modificate seu colorato quasi idem fiat & sub illa
identitate spiritus noster has species percipit: quamvis in
remotis & distantibus cum dimensione & situs distantia
qua partim de subjectis suis separabilia accidentia non
sunt , partim in oculis anguste circumscriptis locum ha-
bere possunt nullum.

§. VII.

Unde sensus opticus sentitur in cerebro , sensationis
actus per spiritus luminosi identitatem usque in objecto-
rum sensitivorum sese extendit , & est talis actus sensitivus
secundum sentiendi principium in nobis immanens: Se-
cundum autem species sensibiles per Spiritus Luminosos
connexas extra nos seu transiens : Nam Lumen opticum
immitit sese & unitissimam copulam cum spiritu nostro
optico agit , adeo ut noster spiritus per istius consocia-
tionem

tionem & confederationem potentiam accipiat, non tam
in cerebro agendi & sentiendi, quam usque in illius mo-
tus, unde Spiritus Luminosus externus elapsus fuit, ex-
currendi. Quod autem talis actus fieri posse videndi,
probari potest, modo consulamus principium, judicium,
& rationis consensum, quibus sentimus, species extra nos
esse positas, non cerebro circumscriptas, unde imme-
diatus contactus inter spiritum nostrum visivum & spiri-
tum externum Luminosum, totam litem difficilem in actu
videndi ortam, removebit, imprimitis cum noster spiritus
sensitivus s^ep^e nesciat suos actus commensurare sensitivi-
vos, uti videre est dolore pedis, qui, etiam amputato pe-
de, in illo loco, in quo is antea fuit, adhuc sentitur: Cuius
mentionem facit Tauyrij in sua Anatomia nov. pag. 279.

S. IX.

Quo autem talis actus videndi immanenter transi-
ens exacte peragi possit, requiruntur quoque prae*ter i-*
stiam spirituum convenientiam & justam objecti, & subje-
cti distantiam, oculorum justa structura quoad omnes &
singulas partes: imo patula data via, tam ad recipiendas
opticas species quam ad visivos radios in ipsa objecta,
transentes; nec ullum impedimentum adesse debet sive
ab extra id sit positum aut adnatum aut intus geni-
tum, quale occurrit in nostra cataracta, in qua tale ve-
lamen seu impedimentum adest, quod impedit, quo mi-
nus species opticae intrare possint in oculum, sique mutua
spiritus visivi & externi φανάτων ad actum videndi
maxime necessaria, oriri nequeat, multo minus spiritus
visivi transitus erit. Hinc prout tale velamen majus aut
minus tegit pupillam, prout quoque visus impeditus di-
versimode dederit, & haec est ratio, quod in initio Cata-
racte quatenus tale minimum est, nondumque coheret,

sed

sed frustilatim & subtilissime tangit pupillam, aut saltim cohærens est retiformis, prout videntur talia simulacra muscarū, pilorum & in augmento telarum aranearū in actu videndi occurrere, & prout plus minusve visus impeditus erit dicendus, quo usque tandem ob densitatem hujus pelliculae, successu temporis, factam maiorem, totus actus videndi impeditus fiat. Hoc autem velamentum non est nudum coagulatum aliquid & facile dissipabile, sed consulto à natura errante pro spatij indole intra corneam & aquosum liquorem fabricata & ultimo maxime firmata, ut etiam si ad maturitatem perfectam pervenerit, difficulter acus cuspide in partes dividi valeat, atque operator in operatione sua cogatur, à superiori oculi, rarissime ibidem firmiter adhærente, integre deorsum difficulti quodam labore deprimere, si iterum visus exactè fieri debet, nam tale velamen revera est tunica seu pellicula prædicta in minimō spatiō formata.

S. IX.

Subjectum quidem Cataractæ generale & denominativum potest dici oculus, modo unus, modò geminus, organon visus admirandum: tamen primarium à nobis assignatur illud spatium minimum inter corneam tunicam oculi & humorem aqueum, qui etiam sine dubio semper suā tunicā subtilissimā propriā erit æquè inclusus, ac alii humores in oculo observabiles; aliás, quantum talis liquor est valdè mobilis, & præ aliis fluidior, is, in quovis motu oculi aut rotius corporis, nulla tunica munitus, facilè turbaret visum: Insuper hic effueret per foramen acu inflictum, operatione facta: nec acus mota videri posset inter operandum, ni imperita operatio sit perfacta, ubi, lassā talitunica, humoris aquei suffusio ad corneam conspicitur, & vix postea visus aut difficulter,

restituitur, aut planè non: qui tamen statim post operationem, nimirum remotâ tunica, restitutus observatur: qualem operationem hic loci institutam non ita pridem mihi licuit videre; quæ etiam mihi ansam pœbuit dissertationem hanc de hoc affectu conscribendi: hujus quoque tunice subtilissimæ ^{durioris} Excell. Præses in demortuo, Cataracta alias affectio, fuit, tum suspensa manu & cultro admodum acuto, detecta tunica cornea, talis valde subtilis, aqueum liquorē includens, in conspectū veniebat, nilquæ liquoris a^tquei post remotam corneam effluebat usque dum levicultri punctura hæc lœdabatur, ut hinc à non vidisse, ad non esse, minimè statim valeat illatio: nam extant historiæ in gutta serena, nervum opicum non obstructum fuisse repertum, in quo tamen fere omnes guttae serenaæ causam legunt, istius que subjectum habent.

s. X.

Sit igitur tunica seu pellicula intra spatiū tunice corneaæ liquorē aqueum includentis, plus minus maturè facta, causa noctri affectus proxima & immediata, s^pecie colorata, (nam cæteræ partes omnes oculorum sunt integræ & salvæ) ex quā præsente visus fit impedimentum hincque magis aut minus impeditus; hoc saltim indagatu dignum esse, nobis videtur: à qua causa hæc sit pronata: hanc autem in nostra descriptione Cataractæ expresse posuimus, esse spiritum oculorum insitum in actu particulæ nutritiarum intra prædictum spatiū superflue delatarum assimilationis, hanc tunicam formando, errantem: Sed primò intuenti durius dictum forte videbitur, Spiritum insitum oculorum erroris arguere velle ob hanc pelliculam generatam: Cum tamen nos per hunc spiritum, animam rationalem, nulli parti

parti solitariè affixam, toti communem omnibusque
præsentem saltum intelligamus; cui errorem im-
putare velle, nefas esset; si autem quis hujus opera in-
numera perlustrat attentius, is certè non unam hanc
culpandi causam inveniet. Non dicam jam multa de
actionibus mentis vulgo dictis, quos quæso, non errores
anima rationalis in ratiocinando committit in numeros,
de quibus abunde testantur delicia; non dicam de omni-
bus actionibus corporeis, quæ etiam ab hac omnes sunt
deducenda, quos non in his quoque committit errores?
videamus hominem formandum, in quo aliquando hæc
ipsa sine suò præfixo planè excidit, formando foetum nec
homini, nec bruto animali similem, sed massam infor-
mem, monstrum molamque: non raro partes anima de-
cepta producit, hasquæ nutrit, vel ut foetum genuinum;
à quo tamen si rite illum cognoscere posset, quam
maxime abhorret: exemplo sít navi materni, ex-
crescentia, tumores, quæ nonnisi errori anima in actu
formationis & nutritionis decepta adscribenda; nec quis
putet, hanc nostram tunicam seu pelliculam intra spatum
cornea & aquei humoris erroneè pronatam esse solita-
riam, sed perpendat, quamplurimas similes deceptions
animæ in corpore obvenientes, quæ commissi erroris ar-
gumentum esse possunt: imprimis si scrophulas, stru-
mas, melicerides & alias hujus farinæ tumores nobiscum
aspiciat: an non in illis inveniatur tale novum productum,
in quo materia vitiosa inclusa hæret, & nisi in curatione
talis tunica radicitus extirpetur, subsequuntur ulcera
ichore continuo manantia, difficuler aut nunquam
sanabilia: aut ipsa tunica de novo pronascitur, atq; hu-
morem vitiosum includendo, tumores hos constituit:
Sic Excell. Præses refert exemplum hujus com-

missi animæ erroris in tunica quadam generata in
studioso vomicâ extinto & cultro anatomico in
multorum adstantium præsentia , à se dissecto , in
quo observabatur quædam tunica , quæ totum sinistrum
lobum pulmonis tegebat , qui non nisi eâ remotâ , venire
potuit in conspectum , cuius mentionem quoq; fecit in
quædam Dissertatione de Vomica . Et cur non paria fata
sustineat ipse oculus , cum externa tunica , bulbum oculi
velans , à natura errante producatur , quod malum unguis
oculi salutatur : proinde nec illi erranti difficultè erit , talem
pelliculam intra spatiū sèpius dictum generare , id quod
demonstratu facile est , siquidem hæc nonsolum non te-
merè est pronata , sed hujus texturæ specialissimè expan-
sione exquisite in latum , minimè verò in profundum
determinata : & hæc ipsa Cataracta sèpè hæreditaria , &
connata est : exempla videri possunt in Encyclopædia
Chirurg. rat. p. 199. Dolai & observ. part. 2. p. 633.
Horstij & Cent. 117. Observ. 61. Borelli , quæ à nulla cu-
juscunquè humoris affectione expectari possunt: licet de
la Charriere Nouilles operations de Chirurg. C. 30. o-
mnem Cataractam esse connatam nullumque membrum
contra naturam generare ; sed rudimenta esse factam pri-
ma conformatio[n]e , & Cataractam non nisi ex pellicula
quædam præexistente fieri , putet: quod , quatenus est
contra experientiam rejicimus: uti de Polypo narium Plica
Polonica videre est , ubi nullo vestigio observato , de novo
generantur , exstructa conservantur , de quibus videatur.
Barthol. Anat. Haffn. Med. Vol. V. observ. 29. Albini
Diff. de Polypo. Quod autem talis sèpè diversè colo-
rata tunica seu pellicula intra spatiū cornea & humoris
aquei pronata , obveniat , fieri putamus aut ab accessu hu-
moris nutriti per aqueos ductulos Nukianos eadem delati
pariter

pariter diverse colorati , aut stagnantis ex propria
suâ propensione tales induentis colores , quo inde ejus-
modi productum fiat , quales adsunt causæ materiales ;
uti de ictero , Cachexia videre est .

§. XI.

Hunc autem errorem concipiendi spiritui insito oculorum varia causæ ansam possunt præbere uberrimam : imprimis si consideramus temperamentum phlegmaticum , in quo Cataracta præprimis observatur : quatenus turget materia nutritia maximè in omnibus partibus dulci atque superfluo , & per consequens in oculis optima ad assimilandum , quā à spiritu insito oculorum cognitā , hic arripit facile ansam , tunicam seu pelliculam hanc generandi , & quidem primo trepidè , quatenus timet , hanc inde enatam , sibi fore in videndo no- cuam : hinc agrè talem texere incipit : cùm autem errorem hunc commissum cognoscit , intactam per aliquot tempus relinquit , tantum in statu quo conservat , non autem augmentat , usque dum major error indies com- mittitur in repletione corporis , & inde copia majori eodem delati humoris nutritij per spiritum oculi hoc contextum , uberior in latum contexere incipit : impri- mis quatenus illud minimum contextum continuo mo- vendo , hunc magis turbat , ut nesciat à suo semel in- cepto desistere sed tunicam seu pelliculam pro spatio mi- nimo expandit & sic pupillam totam tegit : Hinc inde in augmento hujus morbi visus contingit quasi per rete aut fumum aut nebulam , quam etiam firmiorem cum tempore reddit & opacam , ut hæc ratione propemodum totus visus ac actus videndi sit impeditus : Interim per asperfactionem hanc conservat non aliter ac alias corporis partes & piaculum esse potat , & si potens , ipsam iterum anni

annihilare; nam si potens est anima, in formato scetu partem quandā ex nudo aspectu alicujus in alio absump^{ta} partis sive capitū sive brachij aut pedis, subito annihilare, cur non æquē habebit potentiam, hanc etiam tunicam in oculo pronatam dissipandi, modo talis idea potuisse firmiter imprimi huic insiro & deleri pristina, in hac pelliculā instruendā & exstructā conservandā, quippe multō alia abominabilia semel asvefacta intra corpus latentia, conservat, quod in purulenta materia ^{ut oritur in tunicas} videre licet, qua non solum à natura includiuntur tunica quādam novā, hæcque conservatur atque nutritur, ut etiam si apostemate aperto illa unā vice efflueret, jactura vitæ imminereret; siquidem confertim evacuatā tali materia animi deliquium & mors sāpē eveniunt. Imò ex crescentia varia externa demonstrant errabundum hunc spiritum, semel à sua concepta idea non desistentem, sed progredientem usq; dum finem intentum, in extruendo & conservando obtinuerit.

§. XII.

Quantum valeant hunc ^{um} oculi instituti errabundum reddere sex res non naturales: imprimis animi pathemata, tristitia & mæror indeque lachrymarum profusio, testantur varia historiæ apud Hildan, Cent. IV. Observ. 15, non dicam de aere frigido poros tunicæ cornea obstruente, qua etiam permittit in naturali constitutione oculi subtilissimas superfluas particulas nutritias transudare: quibus impeditis, in illo quoque spatio, ex quo pronascitur hæc pellicula, anfa datur, qua inde errabundus iste spiritus fiat, concludatque has esse mutandas in solidam substantiam huic spatio convenientem, quod autem tales excretiones subtilissimarum particularum per tunicam corneam, et si durissimam, fiant, evinci possunt ex pustulis in superficie externa hujus sèpius enatis,

C

quæ non nisi à restringante quodam humore fieri possunt:
& haec est ratio, quod Collyria actu & potentialiter fri-
gida applicata sàpe sa pius causa occasionalis fuerit ipsius
Cataractæ. Sic Plethora ex eadem causa ansam non le-
vem dabit, ut anima oculi, quatenus decipiatur ab humo-
re nutritiò superflùo subsistente, inde hanc tunicam
seu pelliculam constituat: nam frequenter humor aliquis
stagnans ansam dat, ut anima falsum conceptum conci-
piat, & rem revera ita se habere sibi persuadeat ipsamq;
ideam conceptam in agendo sequatur; uti de vesicâ
à repletâ constat, quæ in causa dormientibus est, ut
somnia, se stare ad angulum & mingere, id quod etiam
sàpe contingit: tale quoquè insomnium exoritur ex tur-
gescentia seminis in vesiculis seminalibus, ubi dormien-
tes se rem habere cum amasias putant, & prout idea spe-
cifica semel à spiritu est formata, sic etiam in agendo
specificè sequitur: Hinc non mirum est, semel concepiâ
ideâ, hanc tunicam ex præsente nutritiâ materia tan-
quam causa occasionali fieri intra spatium tunicae cor-
nea & humoris aquei ab illo sui insito. Et quæ sunt
alii causæ quam plures occasioñales, quas omnes hic
recensere foret tedium nimisque prolixum.

s. XIII.

Cum autem Cataracta variam ludat faciem & in hac
constituenda, certū tempus & insitus oculi prærequirat,
non aliter ac alijs morbi, obtinet enim principium augmen-
tum & statum: id quod Medico ad curandam Cataractam
scitum maxime necessarium est; quounque enim modò
Cataracta sit comparata, ejus præsentia omni tempore
plus minus officiet visui: hinc cuiusvis temporis Cataractæ
signa luber præmittere. Principium hujus se manifestat
simulacris myseatum, filamentorum ante oculos voli-

Haller, de Mor
p. 151. Suffi
cienza non ad
diversas partes, ut i
ad remingenda usque ad
per unum collocanda
in hanc inveteratam e
tunica seu pellicula be
restituta solvenda & c
panatur, aut ob grec
te etiam ratione diversa
Medicus debet esse cau
sapparet in oculo major
angore quidem medica
tia seruans cito nec nim
bus Cataracta rava,
ut non solum licet alba
benveni, tamen si age
quaque dolor capitis &
naufragio, aut aliis mo
rbo, spacio hoc inter
cedit.

tantibus & quidem continuis inter videndum, quippe
vaga hæc in Affectione hypochondriaca & hysterica
occurunt, quæ non nullis habentur Prodomi Cataractæ:
Progressus autem hujus à visu ægri, quasi per telas arane-
arum nebulas atque fumum facto, dijudicatur: ubi qui-
dem pupilla pellucida obscurata aliquò modò subinde
exsplendescit, & palpebrarum frictione harumque subi-
taneæ apertione, quæ pellicula in partes divisa & valde
mobilis aspicitur, tandem matura facta, in oculo fricto
immobilis manet atque sic totus visus impeditus ex-
sistit: si enim splendor lucis adhuc adest, Cataracta non-
dum est apta, ut removeatur æc: insuper hòc tem-
pore, quò sit Cataracta, etiam pupillæ diversus color ap-
paret; quin etiam matura facta varia coloribus, de qui-
bus quatenus visus sunt obvia, ulterius verba facere,
opus non esse, arbitramur.

§. XIV.

Cognitis præsentis Cataractæ signis, ea quoque e-
nucleanda restant, quæ futurum statum prædicunt; nam
quando pellicula primum quasi obtinet punctum & jam
in tenuissimam tunicam ist redacta retis instar tenuissi-
mi & inter videndum simulacra muscarum aut ipsorum
telarum aranearum incessanter occurunt, pupillaque
sub cornea tunica albida conspicitur, tunc affulget spes
restitutionis; quando autem paulo maturior facta illa
pellicula, & saltim splendor luminis apparet, tunc diffi-
cillis erit curatio, & expectandum ut plurimum, quous-
que maturior sit redditæ: tunc unicum auxilium erit
ponendum ipsa operatione manuali; quamquam & alijs,
ubi splendor adhuc luminis adest, patent, adhuc spem
convalescentia adesse, modo conveientia medicamenta
adhibeantur, de quibus videantur Reusnerus, Cur. è
Biblio-

§. XV.

Etiquid Cataracta huius
modi non quoque curatione
ad pacia tradendam,
ut sit, ut spiritus oc-
ularis seu pellicula pro-
trahatur, ne ulterius prog-
ressus, ne ipsam operam
restitutionis delebitur?
Sed, humorem an-
tagonum sic herentes

Bibliothec. Velsch. 36. & Holler. de Motib. intern. Cent. 20,
imo Schenkius. Obs. L. p. 151. Sufficit quod tunc tem-
poris talis Cataracta acu adhuc non sit tentanda; dividitur
enim facilè illa in diversas partes, ut impeditus videatur
magis visus, sed relinquenda usque ad maturitatem ma-
jorem & tunc spes unicè collocanda est in operatione.
Quanquam & alij hanc inveteratam oculi inceptam de-
pridcent, cum tunica seu pellicula hæc ob duritatem non
nisi summâ violentiâ sit solvenda & difficulter aut planè
non se comprimi patiatur, aut ob glacialē formam de-
hiscens fiat; sic etiam ratione diversi coloris prognosis
ut instauratur, Medicus debet esse cautus: nam si albus
color & gryseus, appetat in oculo major, spes adest recon-
valescentia, non opere quidem medicamentorum, sed a-
eus, modo illa nec nimis cito nec nimis tardè admovea-
tur: cœrulea autem Cataracta flava, rubra, viridisque
non admittunt acum: imo licet alba & grysea videantur
& acu possit remoyer, tamen si æger non bona consti-
tutionis, magnusque dolor capitis & oculorum, sternu-
tatio & vomitus adsunt, aut aliis morbis gravioribus si-
mul est affectus, operatio hæc interdicenda.

S. XV.

Perpensis iis, quæ ad Cataracta historiam consideratu-
digna fuere, nunc quoque curationem hujus aggredi-
placet exactè & paucis tradendam. Cum autem indi-
caatio curativa hic sit, ut spiritus oculi insitus in actu
assimilations tunica seu pellicula plus minusve prona-
ta errans revocetur, ne ulterius progrediendo ad statum
veniat, generandi hanc ipsam opacam & densam, vix aut
nunquam medicamentis delebilem; in hoc autem re-
vocando non sufficit, humorem ansam huic generatae
præbentem superfluum sive hærentem ibidem, sive ad

hunc defluentem dissipare revellere & expellere , sed potius delere ideam conceptam & aliam huic imprimere , quo insurgat ad hanc tunicam plus minusve generatam dissipandam ; illas obtinebit ille antiquum morem conservanda hæc tunica , ad quam minimam partem nutrimenti requirit , quod ad conservationem totius oculi debet deferri ; quod autem idea nova illi imprimatur , terror injiciendus est defectu nutrimenti , nam sicuti humor ille superfluus illi ictu decepit , ut ab illo prædicta tunica fuerit pronata , ita à defectu hujus terror iterum injiciendus , quo attonitus fiat , pristinique officii sui membrum peregrinum id ab errore ante formatum iterum debeat . Utique scopus attingitur tam evacuantibus , dissipantibus , averterebus , quam irradiativis & idealibus , medicamentis .

S. XVI.

Inter evacuantia varia referri possunt , nempe purgantia , quæ , quod sunt penetrantiora , eò melius defluens ad oculum nutritius humor avertitur , & defectus nutritienti ab illo magis sentitur ; inter hæc laudantur radix jalappæ , colocynthis , gummiguttae , helleborus niger , & ex his præparata , quibus si conjunguntur Mercurius dulcis , regulus antimoniī stellatus cum nonnullis guttulis olei cephalici aut aromatici , & inde formentur pillulae , convenienti tempore adhibitæ , magnam operam nabant , ut nonsolum humorē defluentem ad ipsum oculum avertant sed & ideam imprimant vi irradiativâ , ut errans ille spiritus labem suam cognoscat , tunicamque præternaturalem debeat ; siquidem his solis punctum curationis Cataractæ in initio & progressu absolvit potest . Non leve emolumentum quoque dabunt pari jure ipsa Vomitaria , de quorum usu convenienti quidam hic duabitant

bitant, hāc ex ratione: quia ab horum usu non tantum totum corpus concutitur, sed & illo Vomendi actu fortiorique diaphragmatis constrictione exortā, descendens humor valde comprimitur, compressione factā sanguis Ipse cum humorē nutritio dictatus, concitatori motū patiter atque largiori quantitate ad caput fertur, quō de-latus faciem rubore s. fundit, oculosque intumescere facit, ita ut hi sāpē plurimum hinc patientur. Ast quia ex superioribus patet, Cataractam non fieri à tali affusione humoris, ut perturbatus fiat liquor aqueus, & inde pronascatur Cataracta: proinde ex Vomitoriorum usu nulla noxa erit timenda, potius magnum emolumen-tum hinc redundabit in ipsos oculos, nam Vomitoria nonsolum talentū defluentem humorem nutritium aver-tunt, sed & hārentem absument, quo spiritus in oculo insitus ab hujus defectu sentiat terrorem & revocetur à suo errore, quo cognitō; insurgat ad tunicam iterum delāndam & prīsinum officium præster in oculo, in suo vigore conservandō, quod visus imposterum non impe-diatur; præsertim id fieri, si talia in usum vocentur, quæ vi irradiatiā pollent, inter quæ antimonialia & mer-curialia, alia metallica censemur, & sunt, præter tartarum emeticum, mercurium vitæ, infusum croci metallorum aut vitri antimoniij, ipsum tulphur antimoniij auratum genuinum, Munkij emeticum (ex regulo Martis para-tum) & quod palmatium est Mercurius vitæ solaris aut lunaris, quibus plures possunt dealbari parietes, i. e. hu-mor nutritius tam in oculo, quam in aliis partibus & ex his defluens ad ipsos Cataractā laborantes avertitur, spiri-tus insitus irradiatur, indeque, deleta ideā peregrinā, prīsinam sequitur in exterminando peregrino productio indolem.

§. XVII.

De sudoriferis & diureticis abundè constat, quantum præstent in superfluis humoribus exterminandis: nam non solum hisce liquor in centro corporis hærens exterminatur, & à parte affectà avertitur, ut de aqua hydropicorum satis notum, sed & in ipsa peripheria ille hærens evacuatur, quod contingit in anafera: Imo horum frequentiori usu totum corpus aridum redditur, adeò ut hec̄tā inde fuerit səpē enata; quod etiam contingere potest in Cataractā curandā, in quā humoris nutritiū absumtio & defluentis ad oculum aversio requiritur, quō defectu humoris cognitō, spiritus insitus à sua intentione præternaturali desistere cogitur in extruenda hac tunica; & ad extirpationem removendam compellitur. Præprimis si in usum vocantur salino - oleosa volatilia, qualia sunt præ aliis spiritus bezoarticus Bussi genuinus, spiritus Grugneri, spiritus vitæ noster ex succino & fuligine, spiritus salis armoniaci salsafratus, castoreatus: quō ultimò unicō tunica illa in oculo enata sive adhuc frustulata sive totam pupillam oculi tegens səpē fuit sublata. Quam mirandam energiam in Cataractā curanda exhibuerint tinctura antimonii vera & auri testantur philosophi, quibus illitis aut in oculum instillatis, omnia vitia oculorum tolli posse perhibent, nam hæc sunt quasi specula lucentia, in quibus facile labem suam spiritus cognoscere illamque postea commodius delere & oculum sanum reddere potest.

§. XVIII.

Pari jure & illa evacuantia particularia vulgo dicta hic non sunt omittenda, uti sunt sternutoria apophlegmatizantia, magisticatoria, vesicatoria, scarificationes fonticuli setaceæ V. s. convenienti loco & tempore applicatazqua omnia avertunt humorem nutritium superfluum, quo defectus

§. XIX.

defectus in oculo affecto sentiatur & spiritus revocetur
a suo errore, istamque tunicam iterum tollat adhuc
nondum maturatam. Etne quicquam omittatur in hac
curatione: *topica externe* simul sunt applicanda ex her-
bis ophthalmicis, quo inde fatus & Collyria fiant & calidē
applicentur: imprimis hæc præparantur ex \triangle chelido-
niæ evphrasiaæ, ruthæ & missis aliis, ex aloë myrrha
camphora, , G io dule, croco metallorum, imò addi-
tis *idealibus*, qualis est ess. fellis humani aut viperarum,
quæ terrorem simul injiciunt, quo magis inde deflstat
spiritus errabundus & peregrinum hospitem dissipet: talia
enim *idealia* hic multum præstant, quale erat illud opera-
toris cuiusdam in Cataracta tollenda arcanum, quod con-
statabat ex usnea cranij humani, ipso cranio, margaritis &
ex uviis serpentum subtilissime pulverisatis, quod quoti-
die inflabat in ipsum oculum affectum, quo usque Cata-
racta fuerit sublata. Nam *idealia* in excrescentiis omni-
bus instar incantamenti valent, quæ subito & ferè insen-
sibiliter ab his tolluntur, quæ etiam in polypo narium
verrucis, strumis, longò usu comprobata sunt & multis
encomiis mactantur ab Helm. Mare. Merci à Cronland.,
qui hujus farinæ innumera est he bent medicamenta.

§. XIX.

Diæta interim accurata erit servanda, ne seducatur oculi
spiritus insitus a superflio humore nutritio in generanda
tali tunica, sed instigetur potius ad generatam tollendam.
Hinc omnia sunt syadenda, quæ parcus præbent nutritio-
mentum, istudque subtilando ineptum reddunt ad assi-
milandum sed potius compellant ad dissipandum: sunt Δ
calidus, cibus & potus volatiles, L osi, saliti & aroma-
tibus conditi, motus corporis frequens, vigilia ipsa ita:
contra vitanda ea, quæ humorem abundantem reddunt
nutritum istumque rescidum facileque assimilabilem.

Qui-

s. XX.


Quibus omnibus observatis, & frustra tamen adhibitis
nihil restat, si matura Cataracta existit, quam acus, in
qua applicanda requiritur experus Operator, structu-
ram oculi bene cognitam habens, ipsumque locum, in
quem acus terebrando est insigenda, & versus corneam
declinanda, ne humores oculi laedantur: Potius ipsa pel-
licula integra deorsum deprimenda, ne in partes dehiscat,
aut resurgat; alias frustaneus omnis erit labor, & visus
magis abolebitur quam restituetur. Et quo felicior suc-
cessus operatoris evadat atque prosperior, immunitis quo-
que debet esse patiens ab omni dolore capitinis & oculo-
rum aliisque morbis.

s. XXI.

Et hæc sunt quæ ob temporis & chartæ angustiam in
Cataracta cognoscendâ, evolvenda & curanda commu-
nicare, nobis placuit: quod si forte in hac dissertatione
non omnia omnibus sapiant, tum in multis ab aliorū sen-
tentia digressi sumus, libertate philosophicâ utentes; spe-
ramus tamen, B. L. ea, quæ in difficultate hac materia minus
accuratè discussa sunt, in meliorem partem esse inter-
prætaturum. Tibi interim aeternum Numen pro
hucusque concessis viribus sit Laus, Honor
& Gloria sempiterna.

FINIS.






TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------



TIFFEN® Gray Scale

© The Tiffen Company, 2007

A	1	2	3	4	5	6	M	W	G	B	R
	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18
							B	Y	K	M	C
							17	18	19		